UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCXC. Otto, Herr der Dänen, Herzog von Estland und Laland, macht dem Kaiser Ludwig die Anzeige von der Abtretung des Landes Reval an des Kaisers Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, am 6. ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56193

Visual Library

tate ac cum omnibus pertinentiis ad ipſam, perpetuo tempore obtinendam, prout ipſam noſtri progenitores reges dacie, proprietates ac poſſeſſiones eiusdem terre tenebant et poſſederunt, Ita tamen quod dictus dominus Ludouicus, marchio brandenburgenſis, ſororius noſter kariſſimus, dictam terram Reualienſem cum omnibus ſuis pertinentiis vendere, donare ac permutare poterit et transferre in quemcunque uſum et in quascunque perſonas, cujuscunque conditionis et ſtatus fuerint, libere et quiete. Adicimus quoque in amplius, quod antedicta terra Reualienſis, jus preſentandi epiſcopum et quidquid juris ad dictum epiſcopatum habemus, proprietates et alie poſſeſſiones quecunque ad ipſum regnum dacie deinceps nullum reſpectum habeant nec debeant aliquo jure, nomine ipſius regni repeti aut in perpetuum ad ipſum reuolui, niſi dictus dominus Ludouicus brandenburgenſis, ſororius noſtor dilectus, aut ſui veri heredes aut illi, quibus illi vel ille terram Reualienſem vendiderunt, donauerunt vel permutauerunt, nobis et noſtris ſucceſſoribus de eorum bona voluntate vendiderint terram ſupradictam. Nolumus etiam ut ex premiſſa donatione ſeu dimiſſione dicte terre predilectiſſime dicte ſorori noſtre margarete ad veram ſue hereditatis partem, prout alie filie regum in dacia hereditare conſueuerant ab antiquo, aliquod dampnum ſiue prejudicium generetur. In cujus rei teſtimonium preſentia noſtri ſigilli munimine iuſſimus et fecimus roborari. Teſtes hujus ſunt nobilis vir dominus Laurentius Johannis regni Dacie dapifer, dominus Cunradus dictus Preyn miles, dominus Gerlacus, terrarum Erre et Doslandie prepoſitus, Syfridus dictus de Oreby curie noſtre marſchalkus, boetius dictus valke, Johannes dictus becker noſtre terre Lalandie aduocatus et quam plures alii fide digni. Datum Saxcopingin, anno domini M°. CCC°. XXXIII°., proxima quarta feria ante feſtum beatorum martirum Dyoniſii et ſociorum eius.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives I, C. 4 in quarto Bl. 22. — Gercken's Cod. 1, 158.

DCXC. Otto, Herr der Dänen, Herzog von Eſtland und Laland, macht dem Kaiſer Ludwig die Anzeige von der Abtretung des Landes Reval an des Kaiſers Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, am 6. October 1333.

Eccellentiſſimo principi et domino, domino Ludouico, Romanorum Imperatori inuictiſſimo, ſemper augusto, Otto, dei gratia danorum domicellus, Eſtonie et Landie dux, ſeruitium ſuum in omnibus tam beniuolum quam paratum. Veſtre excellentiſſime ac invictiſſime dominationi cupimus ſore notum, quod ob aſpectum matrimonii, quod illuſtris Ludouicus, marchio brandenburgenſis, veſter primogenitus, ſororius noſter dilectus, cum dilectiſſima ſorore noſtra margareta contraxit, nos terram Reualienſem, ius preſentandi epiſcopum et quidquid iuris ad dictum epiſcopatum habemus, cum omnibus munitionibus infra dicte terre diſtrictum iacentibus, videlicet Reuale caſtrum et ciuitatem, Weſenberge caſtrum et ciuitatem ac Narwe caſtrum et ciuitatem, in terra Estonie

ſitas, cum mero et libero conſenſu woldemari, fratris noſtri, ac procerum noſtrorum conſilio, ipſi Ludouico marchioni brandenburgenſi, veſtro primogenito, ſororio noſtro kariſſimo, ſuisque veris heredibus, dedimus et preſentibus donamus, dimittimus atque reſignamus cum omni iure, libertate atque proprietate, pertinentiis omnibus, uſufructibus ac ſeruiciis, ſicut noſtri progenitores reges dacie ipſam terram reualienſem, ius preſentandi epiſcopum et quidquid juris ad ipſum pertinet et ad dictum epiſcopatum reualienſem habemus, cum omnibus ſupradictis habuerunt et poſſederunt, libere et quiete poſſidendam, Ita tamen quod prefatus Ludouicus marchio brandenburgenſis, veſter primogenitus predictus, noſter ſororius kariſſimus, ipſam terram Reualienſem cum omnibus munitionibus ad ipſam terram pertinentibus vendere, donare, permutare et in quemcunque uſum et in quascunque perſonas cujuscunque conditionis et ſtatus fuerint poterit transferre — (a)

Datum Saxkoping anno domini M°. CCC°. XXXIII, quarta feria ante feſtum beatorum Dyoniſii et ſociorum eius.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab. Archives I. C. 4. in quarto Bl. 23. Fehlerhaft abgedruckt in Gercken's Cod. I. 161.

DCXCII. Kaiſer Ludwig verleiht dem Herzoge Magnus von Braunſchweig und ſeiner Gemahlin Sophie die Güter, welche er zuvor der Markgräfin Agnes von Brandenburg, ſeiner Schweſter, und deren Tochter, der vorgedachten Sophie, verliehen, am 17. October 1333.

Wir Lvdowich, von Gots genaden Romiſcher Keyſer, zv allen Zeiten Merer des Richs, voriehen offentlichen an dieſen brief, vnd tun kunt allen den, die ine geſehent oder gehorent leſen, das wir vnſerm liebenn Schwager vnd Furſten, Magno, Hertzogen ze Brunſchwich, und vnſer lieben ſchweſter tochter Sophien, ſiner wirtin und ihrer beider erben, die ſie habent oder noch gewinnent, und darzu Hertzog Ottenn von Brunſchwich, durch die dienſt, die ſie vns vnd dem Riche thun mugen vnd ſullen, vnd von dem, das ſie vns vnd vnſern Kindern ſchuldich vnd gebunden ſind, vorliehen haben vnd vorliehen die Lehen, Herſchaft, Lute vnd Guter, die wir vorliehen haben furher mit andern vnſern briefen vnſer lieben Schweſter vnd Furſtinne Agneſen, Margrefin ze Brandenburch vnd Sophien, ihrer Dochter, alſo das ſie die erben ſullen, haben vnd nieſſen mit allen rechten, Eren, Herſchaften, wirden vnd freiheiten, die darzu gehorent; in aller wis, als wir ſie vor vnſer vorgenannten Schweſter der Marggrefin, vnd vnſer Mumen, der Hertzogin, ihrer Dochter, vorliehen haben. Och ſullent die vorgenannten vnſer Schwager Magnvs vnd ſin erben von vnſer Mumen, die ietzo ſint, oder noch werdent, vnd der vorgenant Herzog Otto, vnſer Schwager, vns vnd allen vnſer erben gentzlichen vnd getruwelichen mit allem dem, das ſie habent, gwerlichen gebunden ſin, ze helfen vnd ze raten ane geferde, als wir des ihr brif habent, die vns vnſer vorgenanten ſchwager Hertzog Magnvs fur ſich vnd

(a) Das Uebrige iſt mit der kurz vorhergehenden Urkunde faſt wörtlich einerlei.